V

hic subsannando medicos commendat suum medendi super alios medicorum modos

Si metra non reseras inchô minus puto peccas
Numquid apothecas reputari vis quasi methas
Et medicos methos non sit si eos minime equos
Et iustos reputo quia spreto tramite recto
Ire per anfractus soliti sunt unde retractus
Absque gravi gyro celum meditando requiro
Et celi reliquas virtutum denique cellas
Fecit eas Opifex per quem virtute vigat fex

hic innuitur quod virtus occulta non minus inest in immundis rebus quam mundis

Res reor immundas stellas virtute fecundas
Instruxisse deum fore probo per ptholomeum
Non immunda polum sunt participantia solum
Sed merit et palras manibusque teneo pede calcas

hic invehitur in medicellum re et nomine parvum quidem corpore minorem scientia minimum moribus et virtute maximum vero iactantia et detractione

Qui polis ipse colit quamvis ea perdere nolit
Ex nunc depelle precor invidiam medicelle
Disce frui melle celestino sine felle
Hic transire veni fluvii medicamine pleni
Nunc metra testantur probat et res predominante
Virtutes Sceni medicaminibus galieni
Non sunt hec ficta quia factis comprobo dicta
Non reputo ficta que sunt virtute relicta

hic tractat de venenatis sensibilibus et insensibilibus in quibus est virtus occulta.

Rerum sunt aliqua simul horribiles et iniqua
Plus reliquis utique celo virtute propinque